

DECLARATIO

N 12739

275

Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium,
circa facultatem absoluedi à casibus Sedi Apo-
stolicæ, & Ordinario referuatis.



B
32
23
24

SACRA Cōgregatio S.R.E. Cardinaliū negocijs, & cōsultationibus Episco-
porū, & Regulariū prapōsita censuit, per cōfirmationes priuilegiōrū quas
Regulares à Sede Apost. post Sacr. Conc. Tridentinū obtinuerūt, nequa-
quā reuixisse priuilegia prius ab eodē Cōcilio, ac deinde etiā ipsius Con-
gregationis decretis sublata, atque extincta, si quæ habebant, absoluedi à casibus
Ordinario loci referuatis; quemadmodū nec indulta absoluedi à casibus contentis
in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi consueuit, ut potè sublata per annuā ipsius
Bulle publicationem, vires, aut robur acquisiuisse ex subsequētibz priuilegiōrum
cōfirmationibus: Ac proinde Regulares cuiusuis Ordinis, Cōgregationis, Societa-
tis, & Instituti, etiā necessariò exprimendi, nec intra, nec extra Italiam in vim priu-
ilegiōrum, aut Cōfirmationū eiusmodi, quas vel hæctenus obtinuerunt, vel deinceps
fortè obtinebunt, posse quemquam absoluedi ab eisdem casibus in Bulla Cœnæ, aut
Ordinario loci referuatis: Ac si secus egerint, absolutiones nullas, atque irritas fuis-
se, ac fore: Ab alijs verò casibus, & censuris Sedi Apostolicæ referuatis, si quidē Re-
gulares habeant à Sede Apostolica absoluedi facultatem, illam extra Italiam mini-
mè sublatam fuisse ipsdē Sacr. Congregationis decretis hac de re editis iussu san-
cti. Clemens VIII.

Quam sacræ Congregationis sententiam sanctitas sua ad se relatam approbauit,
mandauitque ab omnibus, ad quos pertinet, inuiolabiliter obseruari. Romæ 17. No-
uembri 1628.

F. A. Card. S. Honufr.

Loco ✕ sigillir

P. Fagnanus Secr.

